na terrae regione ad alteram propagantur [67]);
1 nonnullis demum locis morbus per longum

65) Hamersley, l. c.
66) Laghi, l. c.
67) Quandt in Hufeland's Journ. Bd. 5. 1797.

temporis ſpatium non obſervatur, ita ut e. g. pe
triginta annos medicis non obvius fuerit [68]).

Auctores multi inveniuntur, qui contagio
ſitatem morbi confirmant. *Laghius* [69]), dum
cauſas morbi indagat, non longe abeſt, ut cre
dat, contagium ex Africa, ubi peſtilens morbu
graſſatus erat, ventorum flatu allatum eſſe, cu
ſententiae *Burſerius* [70]) ea ex cauſa favere vide
tur, quod morbus ſaepius morbis exanthemati
cis contagioſis adjungitur aut eos ſequitur. —
Mangor [71]) narrat, a. 1771, quum prope urbem
Wiborg malum epidemicum eſſet, ruſticos quo
dam ad urbem profectos adolescentibus non
nullis morbum communicaſſe, quo facto rapidi
tate incredibili inter 1800 incolas 500 ſunt cor
repti. Simile exemplum affert *Ozanam* [72])
pueri duo, cum rure *Mediolanum* venissent, e
cum cognato ejusdem aetatis a morbo correpto
communicaſſent, tribus diebus praeterlapſis tu
more parotidum laborabant. *Quandt* [73]) refert
morbum e *Polonia* in *Sileſiam* eſſe translatum
et in urbe, ubi medicinam artem exerceret
omnes fere ſeminarii alumnos et aegrotorum cu
ratores eſſe correptos. *Hinze* [74]) morbum plu
ries ab uno ad alios evidenter translatum eſſe
affirmat, et hujus morbi facultatem inficiendi
e natura catarrhali proficiſci autumat. *Behr* [75])

---

68) Behr, Hufel. Journ. B. 51. St. 1.
69) Laghi, l. c.
70) Burſerius, l. c.
71) Acta Hafn. T. II. obſ. 13.
72) Hiſtoire med. des malad. epid. T. III. p. 164.
73) l. c.
74) Hufeland's Journ. Bd. 65. St. 2. 1825.
75) l. c.

ullen [76]), *Ruſſel* [77]) morbum per infectionem
ropagari poſſe pro certo affirmant.

Qui autem morbi contagioſitatem in du-
ium vocant, non pauci inveniuntur; *Hamilton*
nfectionem negat; *Berndt*, *Joſ. Frank*, *Richter*,
Drüſſel et alii nihil invenerunt, quod vim con-
giofam demonſtrare poſſit. Omnes autem ſcri-
tores in eo conſentiunt, ſingulos ſemel dum-
xat morbo occupari poſſe, quae cauſa, fortaſſe
actores antea enumeratos induxerit, ut conta-
iofam morbi naturam aſſumerent [78]).

Medici quoque exſtant, qui anginam paro-
deam morbum eſſe endemicum putent, quum
terdum nonnullis locis quam creberrime in-
eniatur; huc pertinent *Rochard* [79]), *Hinze* [80]),
urſerius [81]).

Satis conſtat, aetatem infantilem et ado-
ſcentiam usque ad vitae annum triceſimum
raeſertim ad conformandam parotitidem epi-
emicam disponere; tamen a multis medicis
ſus ſunt obſervati, ubi individua aetate pro-
ectiora affecta ſunt Infantes ante puberta-
s tempus rarius et minore in gradu correpti
nt. Conſtitutio epidemica ipſa influxum quen-
am exercere videtur; ita *Hinze*, *Behr*, *Tiſſot*
alii referunt, infantes magis tentatos eſſe,
uam adultos, *Hamilton* juvenes et quidem mi-
tes magis, quam infantes. Jam *Hippocrates*

---

76) Anfangsgründe der prakt. Arzneik. 1r Bd.
77) Oeconomia naturae in morbis gland. 1782.
78) Hamilton, l. c. p. 51.
79) Rochard, l. c. cfr. Forſter's Magazin. Bd. II. pag. 11.
80) l. c. p. 68.
81) l. c. § 356.

dicit, juvenes ad conformandum morbum dispofitos effe. — Variae etiam exftant fententiae, num virilis fexus magis, quam femineus morbo faepius tentetur. In epidemia a *Laghi* obfervata mulieres rarius in parotidum tumorem inciderunt; *Hinze* puellas magis, quam pueros corripi vidit; *Quandt* juvenes praefertim a morbo affectos effe refert, et *Hamersley* inter 80 aegrotos unam tantummodo mulierem fuiffe adnotat. *S. G. Vogel,* fexum fequiorem morbo magis effe obnoxium afferit. Certi aliquod de hac re conftitui nequit; hoc autem conftat, nullam quandoque aetatem fexumque nullum ab eo effe immunem.

Caufae occafionales.

Inter caufas occafionales jure primum fibi vindicat locum aër, cum vi manifefta tum maxime occulta et fpeciali hunc morbum producens; aëris et loci ex calido in frigidum fubitae mutationes. In temporibus pluviofis, itemque vere et autumno, nebulis denfis et frequentibus, aëre paludofo, frigido, humido et inconftante parotitidem fieri ob fenfibiles aëris qualitates ex *Hippocrate* [82]) discimus. Exercitationes corporis fortiores [83]), quare milites [84]) die noctuque illis injuriis expofiti, huic morbo faepiffime fubiguntur. Ad obvias magis caufas refrigerium pertinet, unde hic morbus vernali atque autumnali potiffimum tempore comparet. Domicilia humida et frigida, potus frigidus, gla-

82) Aphorism. fent. 16—20 et 22.
83) De morbis epidem. l. I. fect. 1.
84) l. c. p. 52 cfr. Rochard l. c.

ialis aeſtuanti gulae ingeſtus, improvida colli
ıdantis denudatio, equitatio vento in faciem
x adverſo ſpirante.

Reſtat adhuc, ut animadvertam, morbum
oſtrum ſporadice quoque ſed rarius, cauſis illis
oxiis influxum exercentibus, inveniri.

De cauſa proxima.

Natura et noſogenia parotitidis epidemicae
agna adhuc caligine occultatur, ipſique me-
ci, qui morbum ſaepius obſervarunt, aut ni-
l aut parum operae huic argumento diluci-
ndo dederunt. In comparandis medicorum
e hac re ſententiis mox invenies, omnes valde
ter ſe discrepare. *Burſerius* [85]) profert mor-
ım majore humoris influxu, vel ejusdem len-
re, vel vaſorum laxitate, vel ductuum excre-
riorum obſtructione naſci. *Reil* [86]) morbum
ducit a perturbatione ſyſtematis cujusdam dy-
mici univerſalis, unde ſiat, ut morbus epi-
mice graſſans, plerumque incipiat a prodro-
is. S. *G. Vogel* [87]) anginarum omnium dif-
entias has conſtituit: anginas inflammatorias,
alignas et putridas, ſeroſas, quarum ſpecies
angina parotidea, cujus cauſam proximam
ajorem influxum, lentoremque humorum ſe-
ſorum, lymphaticorum minore vel majore
rimonio et tenacitate praeditorum glandulam
rotideam juſto magis tendentium et irritan-
ım eſſe aſſerit. *Tiſſot* [88]) morbum e reten-

5) l. c. § 365.
6) l c. § 179
7) l. c. p. 115 et p. 163.
8) l. c. § 116.

tione pituitae in parotidibus esse censet. Sen-
tentiae illi *Laghii* novae quidem, sed haud vero
simili, morbum ex Africa ventorum flatu in Ita-
liam esse translatum, haec se adjungit nonnul-
lorum scriptorum, qui parotitidem epidemicam
exanthematicis morbis acutis specificis adnume-
rant. Causae autem, quae ad comprobandam
hanc sententiam afferuntur, sunt haece: *Prato-
longus* [89]) scribit, tumoribus parotidum hydro-
pem anasarca, ut in scarlatina, supervenisse,
cui sententiae favet *Burserius* ea de causa, quo
variolae et morbilli in variis epidemiis ante-
cesserunt, aut simul grassati aut subsecuti sun
et symptomata exanthematibus acutis specific
propria in vehementiore nostri morbi gradu ob-
servati sunt et quia nonnulli putant, contagi
morbum propagari. Alii quoque medici exan-
themata acuta simul cum parotitide epidemic
decurrentia viderunt, e. g. *Schaeffer* [90]), *Fran-
que* [91]) narrat, inter epidemiam febris scarlat
nosae valde propagatam tribus locis anginam
parotideam multos infantes corripuisse, nec il
hoc tempore scarlatinam esse observatam; qua
conjicit, hac re conformationem scarlatinae es
prohibitam. Sin autem accuratius hos morb
comparamus, mox jam e sede differentiam c
gnoscamus, parotitis enim tumorem oedemato
sum telae cellulosae glandularum salivaliu
praebet; reflexus autem morbi universalis si
dubio magis in systemate lymphatico observ
tur, quare etiam metastases morbi tum prop

89) Burserius, l. c. § 361.
90) Hufeland's Journ. Bd. 8. l. c.
91) Heidelberger klin. Annalen. Bd. VI. Heft
S. 552 fg.

ation per telam cellulofam tum fyftemate ymphatico effici videntur. In iis morbis exanhematicis anginae fymptomata funt pathognonica, quae fi in parotitide epidemica obfervanur, fortuita majore morbi extenfione provocata unt; ex eo autem quod fcarlatina faepe cum anina parotidea confufa eft, neutiquam cum *Warekros* [92]) concluderem, genuinam quoque aninam parotideam effe fcarlatinae progeniem. Major adeft propter naturam vagam et inflamnationem fuperficialem fimilitudo cum eryfipeate, quare *Behr* [93]) ei nomen impertit parotiidis eryfipelatofae; quamquam enim faepius ubor cutis eryfipelatofus animadvertitur, tanen pro pfeudo-eryfipelate haec affectio habenda eft, quum omnia figna gaftrica cum eryfielate vero femper conjuncta, faepius defint et norbus magis telam cellulofam teneat, quae, in eryfipelate vero eft correpta, in fuppuratioem et gangraenam exit. Febris etiam cum erypelate conjuncta figna praebet febris biliofae, um in parotitide epidemica catarrhali eft fimilima. — *Hildenbrand* [94]) plura pro rheumaico-inflammatorio argumenta profert, quorum equentia commemoraffe juvabit: parotitidis iniium a doloribus vagis, ac nifum eminentem n metaftafes, caufas easdem, quas rheumati doneas effe comperimus; hasce autem injurias, raefertim altioris gradus, in glandulas falivaes directe influere poffe non folum earundem natomica cognitio perfuadet, quatenus falivales

92) Hufeland's Journ. Bd. 50. St. 3.
93) Hufeland's Journ. Bd. 51. 1825. St. 1.
94) Inftit. practico-med. T. III. § 308.

ductus in oris cavum patent, ac proinde in contactum immediatum cum aëre inſpirato perveniant, eſt neceſſe. Porro hic autor contendit, talem parotitidem vix unquam in ſuppurationem terminari, et ſi glandulosa ſtructura rheumaticis affectionibus non faveat, ductus tamen ſalivales ſeroſa membrana inveſtitos eſſe. — *J. Frank* [95]) definit morbum pro febre rheumatica partes ſyſtema glandularum conglomeratarum efformantes viciſſim tentante, hicque phlogoſin eryſipelaceam excitante. — Praeterea autem, quod cum rheumatismis acutis rariſſime parotidum tumores conjuncti ſunt, plurimae epidemiae characterem conſtitutionis catarrhalis praebebant, iisque locis, ubi morbi catarrhales endemici ſunt, ſaepius parotitis endemica (*Hinze*, *Rochard*) obſervatur.

Aliae adhuc exſtant ſententiae de cauſa proxima, quarum illa, parotitidem epidemicam eſſe inflammationem ſimplicem glandularum plane eſt rejicienda, ut et decurſus morbi et curatio probata ſatis demonſtrant. Qui autem dicunt, morbum eſſe inflammatoriam affectionem totius ſyſtematis lymphatici, tantummodo degenerationem in gravioribus morbi caſibus rarius obſervatam pro argumento afferre poſſunt, ſed jam propius veritati accedunt. Praeceptor meus Ill. *Berndt* [96]) affectionem quandam univerſalem cauſis atmosphaericis productam et diſpoſitione aetatis infantilis et juvenilis adjutam ponit, cujus reflexus ſit tumor parotidum, qui in caſibus mitioribus ad reſtituendam ſanitatem ſufficit.

---

95) Prax. med. praec. l. c.
96) Fieberlehre. § 511.

Parotitis epidemica morbus eſſe videtur ſpe-
ficus atque peculiaris, qui neque inflammatio-
bus ſtrictiore ſenſu neque morbis exanthema-
cis acutis adnumerandus, tamen utrique adfi-
s inter utrumque medium tenere videtur; ita-
ıe varia morbi ſymptomata partim ad inflam-
ationes partim ad exanthemata referenda: in-
ammationis tumor, dolor, calor, rubor ſunt;
l exanthemata decurſus morbi determinatus,
opagatio epidemica, atque ad metaſtaſes pro-
ivitas febrisque ſingularis pertinent.

Prognoſis.

Ex hiſtoria morbi edocti ſumus, parotitidem
ɔidemicam per ſe morbum eſſe mitioris gradus,
ıi regimine apto ſervato ſolius naturae ope in-
a paucos dies paulatim decrescat et ſiniatur;
ericulo caret et fere numqam lethalis eſt. In
emoriam autem revocamus illud *Burſerii* di-
um, quum *Laghii* relationem, neminem hoc
orbo, licet gravi, unquam periiſſe, profert:
Nolim tamen, quis plus aeque ſibi confidat, et
mere aspernetur ejus benignitatem", cum ali-
ıando fieri poſſit lethalis ad pulmones aut cere-
um metaſtaſis. Specialiter tamen prognoſis pe-
nda eſt ex epidemiae conſtitutione, ex affectionis
rotidum intenſitate et ex febris indole, ex aetate
conſtitutione ſubjecti laborantis, ex complica-
one cum aliis morbis et organo, in quod trans-
ta eſt metaſtaſis. Si febris gaudet charactere
ıeumatico-catarrhali, ſi minus affligit et non
ngo tempore perſiſtit, tunc ſalus exſpectanda,
vero habet characterem nervoſum [97]) ſive pu-

97) Hamilton, l. c. p. 45. cfr. J. Frank, l. c.

tridum, diuque insistit, tunc morbus majore sti patur periculo. Aliud periculum etiam tumor ipso affertur; sunt enim, qui suffocationem te- stentur[98]), idque praesertim inter infantes; a tumore ipso vasa colli comprimi possunt, ita u affectio cerebri oriatur. — Quod ad constitu- tionem epidemiae attinet, inveniuntur quaedam ubi metastases variae saepius accidunt; aliae inflammatione phlegmonosa gravi insignes[99]) aliae, ubi totius systematis lymphatici affectio- nes observantur, quae febre characterem asthe nicum nacta, facili negotio mortem afferre pos- sunt. Tumores in viris ad testiculos, in femi- nis ad inguina, ovaria aut mammas metastas translati, secundum experientias plurium aucto- rum facile resolvuntur, si nec negliguntur ne perperam curantur; affectio tamen testiculorum aliquando ejus consumptione terminantur. Ma- gis metuenda est parotitidis ad cerebrum con- versio, imminens si tumor testiculorum sine cris locali decrescit; attamen prognosis tali in cas non pessima, si parotides uno eodemque tempore iterum tument, quo facto impetus ad cerebrum deminuitur. Parotibus celerrime ad ingentem gradum tumescentibus simulque febre semper crescente, caveas, ne temere prognoseos faustae spem concipias.

Vomitiones exstante parotidum tumore non periculosae sunt, atque a metastasi non pendent si vero tumor evanuit, febre increscente, tum prava metastasis ad ventriculum timenda est

---

98) Rust's Magazin. Bd. 28. Heft 1. p. 187, und Wiedemann, ebendaselbst. Bd. 17. St. 1.
99) Hufeland's Journ. Bd. 51. p. 34.

ydrops anafarca nonnunquam parotitidi fuper-
eniens non expers eft periculi. Induratio, quae
riffime fecuta eft, remediis aptis celeriter eft
nata; fuppuratio autem praeterquam, quod
catrices malae et ductus fiftulofi conformantur,
rio modo vexare poteft.

Senes et feminae non tam vehementer cor-
piuntur, quam juvenes et adulti usque ad an-
im tricefimum; feminis quam viris minus pe-
culi imminet. Aegroti tenerrimae aetatis
opter affectiones cerebri fecundarias magis
riculo expofiti funt.

C u r a t i o.

Parotitis epidemica plerumque quidem
orbus eft, qui obfervata vitae ratione jufta na-
rae ope folvitur; tamen cafus exftant, qui tum
opter conftitutionem epidemicam, tum prop-
r febris naturam et morbi vehementiam, tum
nique propter aegroti individualitatem et prop-
r complicationes artis medicae auxilium po-
ılant. At vero in omnibus morbi formis a cu-
tione nimis ftrenua atque vehemente abfti-
ndum, qua quidem naturae conamina turban-
r morbique aberrationes, metaftafes, moven-
r. Itaque medicus eam proceffus vitalis acti-
tatem fervet, ut affectio localis legitime con-
rmata decurfum definitum expleat, turbatio-
sque febriles exceffivae coerceantur. Aegrotus
ctum fervans regimine utatur diaphoretico
vi; potus calidi magnam copiam fumat, e. g.
fuf. Meliffae cum lacte (*Tiffot*), vel inf. cha-
omillae, fambuci, fimilia; clysmata, fi opus
, applicentur aut remedia leniter alvum mo-

ventia praeſcribantur. *J. Frank*[100]) dicit, aegro
tum a propiore cum altero ſexu conſortio, qu
morbi vis maxime ad partes genitales adtrahi vi
detur, prohibendum eſſe. Febre mitiore exſtante
remedia refrigerantia e. g. Saturatio kali carb.
aut Kali tartar., aut Kali nitr. in uſum vocand
ſunt. Quod ad curationem localem attinet, glan
dularum obtegumentum et fomenta ſicca modic
calida cataplasmatis, inunctionibus, emplaſtr
et aliis remediis localibus praeferenda ſunt. Ub
febris autem gravius affligit, doloresque inflam
matorii ingentes exiſtunt, tumor valde augetu
ita ut ſuffocationis periculum adſit, antiphlogiſti
cis fortioribus locus eſt; generatim autem nimia
humorum evacuatione, quibus metaſtaſes cien
tur, damnum afferunt. A venaeſectionibus for
tioribus praecipue prudenter abſtinendum, quip
pe quae et periculum adferant et ſanguinis detra
ctionibus, repetitis ſaltem prorſus ſupervacanea
reddantur.

Praeter ſanguinis miſſiones ſuffocatione im
minente emetica laudantur ab *Hufelandio*[101])
ubi opus eſſe videtur nitrum, ſalia media, tartaru
emeticus et vinum ſtibiatum refracta doſi utilite
praeſcribuntur. Febre autem characterem nervo
ſum prae ſe ferente camphora, ammonii praepa
rata, vinum, ſerpentaria etc. ſubminiſtranda[102])

Tubere parotidum non perfecte exculta au
ſubito detumeſcente, metaſtaſes metuendae ſun
quae interdum applicatione veſicatorii et cam
phorae uſu interno prohibentur[103]). In affec

---

100) J. Frank, l. c.
101) Hufeland's Journ. Bd. 51. p. 34.
102) Hamilton, l. c p. 45.
103) Berndt, Fieberlehre. § 513.

one teſtium adhibeantur fotus emollientes, ut
on modo dolor et inflammatio leniatur, ſed tu-
ıor paullatim ſubſidat; teſtes inflammati, ne ſuo
ondere funiculum ſpermaticum nimium ten-
ınt, ſuſpenſorio ſuſtentandi ſunt. Si metaſtaſes
l encephalum, ſive ad ventriculum, ſive ad pe-
us convertuntur, duo obſervanda: morbus me-
ſtaticus aut pro ſua indole curetur, aut tumo-
es glandulae vel ſcroti revocare ſtudeamus. En-
ephalitis metaſtatica omnibus illis eget reme-
iis, quae morbis inflammatoriis opponuntur,
mulque principalem mali primarii curam am-
lectatur. Sanguinis miſſiones, hydrargyrum
ıur. mit. cum camphora (*Berndt*), veſicatoria,
napismi in parotidibus vel ſcroto adminiſtran-
a ſunt.

Sequelarum, oedematis e. g., indurationis,
ıppurationis, pro varia indole curatio inſtitu-
nda, ſimulque ſecundum artis regulas contra
ombinationes vel complicationes agendum.

Accedunt annotationes quaedam de paroti-
de epidemica, quae anno 1837 Gryphiae obſer-
ata eſt.

A. 1837 multa variaque ratione notabilis
ıit, quippe quo homines inſolito modo a morbis
pidemicis rarioribus tentatos obſervavimus. Ini-
o anni influentia majorem intenſitatem nec raro
ıalignitatem ſatis periculoſam ſibi ineſſe demon-
ravit, ita ut funeſti caſus non pauci eſſent. Mor-
us pari vehementia usque ad finem menſis Janua-
i perduravit et paſſim ſub initium menſis Februa-
i evanuit. Nunc praecipue morbi rheumatico-
atarrhales et inflammatorii propter hiemem pro-

tractam regnabant. Unus caſus parotitidis epi-
demicae in clinico noſtro obſervatus eſt, menſibu
autem Junio, Julio, Auguſto epidemia effloruit
ſenſimque decrevit, ita ut ſequentibus menſibu
pauci caſus menſeque Martio a. 1838 ultimu
morbi obvius fieret. Praeter influentiam et pa-
rotitidem epidemicam, morbos generatim mitio-
res, Septembre et Octobre cholera aſiatica depo-
pulatrix extitit, et e 15 aegrotis correptis quinqu
abſtulit; denique febris puerperalis epidemica
plurimis puerperis mortem attulit.

Influxum a coeli ſtatu in conformando noſtr
morbo ante omnia maximi eſſe momenti, haecce
epidemia diſtincte probavit. Die ſexto m. Aprilis
primum morbus apparuit; huc usque tempeſta
ſemper turbida fuerat, et frigus humidum et ma-
didum fere ſemper praevalebat, viciſſitudo quo-
que interdum temperaturae eximia. Menſe Majo
nulli caſus obvenerunt; Junio autem, diebus
pluvioſis praegreſſis morbus epidemicus incepit
Status thermometri ſummus erat + 23°, medius
+ 12½°, minimus + 8°; venti regnabant favo-
nius et eurus; ſex aegroti curati. M. Julius prae-
ter rationem erat ventoſus adeoque procelloſus
praevalebat favonius, intercurrente aquilone; ſta-
tus thermometri ſummus + 21°, medius + 13°
minimus + 11°; octo aegroti curati. M. Augu-
ſtus quod ad tempeſtatem et conformationem
morborum attinet, profecto erat notabilis; coe-
lum per primos fere viginti dies ſerenum, ardens,
exceptis tribus tempeſtatibus cum tonitra con-
junctis; temperatura aëris per hoc tempus circi-
ter + 16° R., ventis mox hinc mox illinc ſpiran-
tibus, praevalente aquilone et noto. Ultimo
triente res paullo aliter ſeſe habebat; erat enim

elum magis nebulosum, pluviosum, venti spi-
bant diversi, sed vehementiores, favonio do-
inante, aëris temperies a + 13° subito ad
$5\frac{3}{4}$° reciderat. In tali coeli et aëris vicissitudine
on mirum, si numerus aegrotorum ab octo ad
decim usque est adauctus, et ultimo die mensis
holera asiatica in conspectum venit. — Quod
constitutionem morbosam adtinet regnantem,
nstitutio stationaria gastrica fuit et quidem ma-
s ad hepar et omnino ad characterem congesti-
um biliosum tendere videbatur. Inflammatio-
s, quae occurrerunt, plerumque charactere
ere inflammatorio carebant, magis morbo ga-
rico suspendebantur et raro tantummodo cha-
cterem verum phlegmonosum induebant. Huic
nstitutioni stationariae gastricae intercurrens
eumatico-catarrhalis se adjunxit. Inter aegro-
s 41 quatuordecim feminae, viginti septem mas-
li erant, ante pubertatem 24, tres feminae ul-
a 30 annos natae, prima 46, altera 52, tertia
„ in hac erysipelas faciei simul cum morbo
mbinatum erat. In feminis nulla metastasis;
chitis metastatica ante pubertatem semel, post
bertatem sexies obvenit; et illa quidem in
mmo fastigio epidemiae, hae omnes, ejus vi
clinante post mensem Augustum observatae, et
antum ab aegrotis hac de re certiores facti su-
us, metastases influxum quendam nocentem
cutae sunt. Statim ab initio epidemiae casus
viam factus in puella annum agente decimum,
bili, scrofulosa, in qua cum symptomatis morbi
strici biliosi febreque vehementissima statim pa-
tidum tumor magnopere evolutus erat; mox
ro secuta totius systematis lymphatici affectio;
imum enim glandulae subaxillares et inguina-

les tumefactae, ſimulque vaſa lymphatica et ir brachiis et in cruribus ita affectae, ut digito tan genti funibus ſimiles eſſe viderentur. Curation apta inſtituta utrumque malum mox fugatum a vero morbus in febrem meſeraicam exiit, qua non multo poſt remediis convenientibus ſanat eſt. Praeterea ſuppuratio bis, ſemel glandula ſubmaxillaris ductusque ejus excretorii affecti in infante octodecim menſes nato nobis obvenit. — Nullum exemplum exſtat, contagio morbum eſſ propagatum, quamvis in orphanotrophio du caſus obvenerint, in pueris, qui vero idcirc nequaquam a ceteris ſegregati ſunt. — Quun inter univerſam epidemiam conſtitutio ſtationari gaſtrica influxum exhibuerit praevalentem ſem per emetici uſus eventus habuit tam proſperos ut ſexto plerumque die aegroti ſanati ſint. Meta ſtaſes ad teſtes per quietem, fomenta calida ſicc et regimen diaphoreticum leve remotae ſunt. Ub febricitationes vehementiores exposcere videban tur, per ſalia media mediocris ad alvum de rivatio inſtituta; ſanguinis miſſiones in orchitid numquam adhibitae.

V I T A.

Ego *Carolus Fridericus Arminius Glubrecht*, ıngelicae confessioni addictus, mense Augusto anno)CCCXIII natus sum Paderbornae patre *Franc. G.* *ıbrecht*, matre *Lodowica* e gente *Stöhr*. In gymio Erfordiensi per sex annos literis humanioribus inıctus, examine maturitatis feliciter superato, vere a.)CCCXXXII almam Viadrinam Vratislaviensem adii, ıue a Rectore Magnifico Ill. *Huschke* in civium acanicorum numerum receptus, a Decano Spectatissimo *Wendt* facultati medicae adscriptus sum. Hoc ex ıpore collegiis hisce interfui:

Ill. *Benedict* Chirurgiam generalem, et Chirure specialis et Akiurgiae partem priorem me docuit; *Fischer* Chemiam experimentalem, organicam et ırmaceuticam; Ill. *Gravenhorst* Zoologiam; Exp. *mprich* Physiologiam et Doctrinam de temperamentis; *Henschel* Botanicen; Ill. *Klose* Encyclopaediam meam et Pathologiam generalem; Ill. *Otto* Anatomiam, atomiam comparatam et pathologicam Artemque cada- a rite dissecandi, Sectionem forensem et Historiam tus; Ill. *Purkinje* Toxicologian; Ill. *Remer* Therам generalem et specialem. — Maximo autem damno t, quod quinque semestribus praeterlapsis propter ltos casus adversos domi et Berolini, ubi occasio mihi a est, praelectiones nonnullas frequentandi, commoi coactus sum. Duobus annis et dimidio praeterlas, almam Gryphiam me contuli, ubi paschali teme anni MDCCCXXXVII a Rectore t. t. Magnifico *Niemeyer* civibus academicis et ab Ill. *Schulze* t. t. :ano Spectatissimo medicinae studiosis adscriptus sum. *Berndt* de Pathologia et Therapia speciali, de Palogia et Therapia morborum psychicorum nec non de :e obstetricia disserentem audivi; dux mihi quoque : in Clinico medico et obstetricio *ejusque* Conversao clinico latino ore habito interfui; Cel. *Kneip* scho-

las de Chirurgia generali, Akiurgia frequentavi; chirur gicis Operationibus in cadavere institutis, sicuti in Cli nico chirurgico et ophthalmiatrico *Eo* duce usus sun Ill. *Seifert* Artem fascias chirurgicas rite adligandi, Ma teriam medicam et Medicinam forensem me docuit.

Omnibus hisce Praeceptoribus aestumatissimis optim de me meritis gratias ago quam maximas, semperqu Eorum memoriam grato animo retinebo.

Veniam mihi dedit Summum Ministerium, ut a tentamen medicum atque ad examen rigorosum admitt rer. Quibus nunc, nec non tentamine philosophic rite absolutis, spero fore, ut dissertatione et thesibu defensis summi medicinae utriusque et artis obstetricia honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Crusta sic dicta inflammatoria non est certun inflammationis signum.

II.

Omnis morbus localis, morbus universalis mor ipsa.

III.

Actio cordis ad perficiendam circulationem san guinis non sufficit.

IV.

Decubitus est morbus internus.